

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 233. Regularis usque ad revocationem approbatus, revocatione,
seu justè, seu injustè factâ, debet à confessionibus audiendis desistere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://urn.nbn.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

destitutus est approbatione: sine qua juxta Tridentinum confessiones audire nequit. Neque enim approbatio, iustis ad annum v. g. limitata, eo clero magis habetur pro approbatione obtenta; quam approbatio, iustis ab initio negata, habetur pro approbatione ab initio obtenta. Et ideo Urbanus VIII. in Brevi dat 30. Januarii 1639. in causa mota inter Episcopum Gicinensem, & Regularibus illius D. cœcifis, declaravit quod illi quis idem Episcopus approbat, si quidem basi modi approbationem obtinuerint ad certum tempus, eo clero non possint confessiones audire, absque nova ipsius Episcopi licentia & approbatione, prævi etiam, si eidem liberatur, nova examine.

CAPUT CCXXXIII.

Regularis usque ad revocationem approbatus, revocatione, seu iustis, seu iustis facta, debet a confessiōnibus audiendis desistere.

²⁷²⁰ **S**equitur ejam aperte ex dictis capite 230. Quia revocatione facta, quamlibet iustis, equidem cit approbatione definitus. Tamen eiūm approbatio Regularibus Mendicantibus semel absolute & illimitatē concessa, sine iusta causa, ad confessiōnes pertinent, revocari nequeat: cōd quid non habeat se per modum gratis ex se revocabili, sed per modum iustis iurientis, quæ transt in rem judicatam. Idcōque, rebus omnibus in eodem statu permanentibus, revocari nequeat, uti ipsius declararunt SS. Pontifices, ac novissime Clemens X. in Constitutione citata, ibi: Regularis verò ad ejusmodi confessiōnes audiendas, prævi examine, simpliciter & absque ulta temporis præfinitione ab ipsius Episcopo approbatas (secis autem, si ab eis Vicario, aut ab Ante. Iuribus Episcopi) non posse ab eodem, qui sic approbat, iterum examinari, aut ab iisdem confessiōibus audiendis suspendi, seu licentias ipsius concessas revocari, nisi novā superveniente causa, que ipsas confessiōnes concernat. De qua tamen hanc necessariam esse ut in actis constet, nec eam teneri Episcopum ipsius Regularibus significare, sed Sedi Apostolice dimitat, ubi eam sibi aperiri postulaverit. Porro si Regularis cum scandalo, aut alias in honeste vivant, vel aliquod delictum committant, per quod rationabili Episcopi iudicio videantur a confessiōibus suspendendi (in quo ipsius Episcopi conscientiam overratam esse volumus) cām præcipua Ministerii Sacramenti Poenitentiae qualitas, sit vita integritas, ac morum honestas: utique eam causam ad confessiōnis ministerium pertinet, ac proinde nihil obstat, quoniamus ob eam posset Episcopus Regularis, à semetipso approbatos, suspendere, aut repellere a confessiōibus audiendis. Sed & varia etiam hac de re extant S. Congregationis declarationes.

²⁷²¹ Scio à nonnullis oppositum practicari, non solum aduersus dicta capite praætenti, sed & a versus dicta cap. 229. 230. 231. 232. Sed Deo ratione reddituris de periculis animarum, deque periculis Sacramentorum, quæ non sine sacrilegio in invalidē administrant, defēctū legitima potestatis. Maximè cū non magis licet Poenitentia Sacramentum, citra necessitatem, administrare cum iurisdictione dubia, quam cū matrīa dubia. Nec certum sit Ecclesiastim supplerē iuridictionem, dum illud quis administrat, sequendo opinionem probabilem: cū certum non preseatur illius supplicationis fundamentum, & contrarium per S. Congregationem sapius sit declaratum, prout alibi ostendo. Denique illicitum sit in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, reiādā tuitore, uti Innocentius XI. declaravit, propositum, quæ negat id illicitum, ut minimum tamquam scandala.

Tom. III.

Hhh

losam, & in praxi perniciosa damnando, & non solum eam defendi sub pena excommunicationis prohibendo, sed & insuper diffidē in virtute sancte Obedientie, & sub intermissione divini iudicij prohibendo omnibus Christi fidelibus cuiuscumque conditionis, dignitatis & statū, ne eam ad proximū deducant. Quanto ergo magis illicitum est Sacramentum Poenitentiae conferre secundūm opinionem, improbabilem (utpote contradicentem tot & tam apertis Ecclesiæ declarationibus) relictu tuiore, qualis haud dubiè nostra est?

His tamen non obstantibus, approbationes ²⁷²² Regularibus datae, cum clausula ad beneplacitum, vel uque ad revocationem, ex communī Jurisperitorum sententia, Christianique Orbis consuetudine, confessor perpetuas, nisi taliter approbatus delicto aliquo scipsum gratia suæ admissionis indignum reddiderit. Quia tale beneplacitum significat arbitrium boni visi, ex iusta causa procedens, uti docent Menochius de arbitr. l. 1. q. 55. n. 11. & 12. Bordenau de l'état des Caisses Ecclésiastiques c. 16. L'oyseau l. 5. de Offic. c. 4. Chassan, ad Confut. Burgund. tit. 10. Boëtius Decit. 14. 149. Lotherius de re benef. l. 13. c. 33. Felinus, & alijs communiter.

CAPUT CCXXXIV.

Pralatus, & Confessarii Regulares, non approbati ab Episcopo, in Monasteriis & Collegiis suis audire possunt confessiōes illorum sacerdalarium, qui ibi sunt verē de familia, & continuū commensales. Non autem illorum, qui tantum ipsis deserviunt.

Sic enim declaravit Gregorius XV. Bullā ²⁷²³ scrīptabilis, & Clemens X. Bullā superni, hisce verbis: in Monasteriis, ac etiam Collegiis, ubi juxta regularia Instituta vivunt, pale tam Praelatos Regulares, quam Confessores Regulares eorumdem Monasteriorum, seu Collegiorum, audire confessiōes illorum sacerdalarium, qui ibi sunt verē de familia, & continuū commensales: non autem illorum, qui tantum ipsis deserviunt. Ubi Pontificem loqui de Confessoribus, etiam ab Episcopo non approbatis, liquet ex exceptione, illorum qui tantum ipsis deserviunt. Quos non exciperet, si de approbatis ageret.

Distingenda itaque sunt duo genera sacerularium, deservientium Monasteriis. Alii enim sunt, qui sic ibi deserviunt, ut non sint de familia, nec intra septa Monasterii resident, seu domiciliū fixum habent, sed solum ibi ad tempus sub stipendio serviant, ut artista. Alii verò sunt de familia, & tanquam tales aluntur à Monasterio, intra septa illius domiciliū & residentiam habentes (eo ipso namque verē dicuntur continuū commensales, id est in Monasterio mensam fixam, sicut & domiciliū habentes, tamquam verē de familia Monasterii existentes) & de istis, non de prioribus, Clemens X. loquitur. Ipsi namque, eum vivant sub servili obedientia Pralati Monasterii, exempti sunt ab Ordinario, Sacramentaque recipere posunt a Praelato Monasterii, & delegatis ab ipso, absque speciali licentia Ordinarii, non obstante Clementinā Religiosi de privilegiis & excessi privilegiis ubi Regulares prohibentur, absque speciali licentia Ordinarii loci. Laicos administrare Sacra menta Extreme Unctionis, vel Eucharistia, vel eorum matrimonia solemnizare, præterquam in casibus à jure expressis, vel privilegiis Sedis Apostolicae concessis iisdem. Siquidem Regularibus ad id privilegium concessum est à Sede Apostolica. Nimirum Angulianianis ab Innocentio VI. Bullā 1. Carmelitis à Sixto IV. Bullā 37. Mi-